MANASSERO

# TABULAE SYNOPTICAE

FASCICULUS IV.

IV

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
2400 RIDGE ROAD
BERKELEY, CA 94709

P. MIGNANELLI 23
ROMA

M312

# TABULAE SYNOPTICAE

## THEOLOGIAE MORALIS

E

## PROBATIS AUCTORIBUS DESUMPTAE

AUCTORE

**Bartholomaeo Manassero**

VICARIO PERPETUO

Oportet ut homo ea, quae memoriter vult tenere, sua consideratione ordinate disponat, ut ex uno memoratu facile ad aliud procedatur.

(S. THOMAS, 2ª 2ae, Qu. XLIX).

---

## FASCICULUS IV.

De Beneficiis — De iustitia et jure — De contractibus
De censuris.

---

**Editio II**
**Plurinus aucta additionibus, mendisque expolita.**

BIBL. SCHOLASTICATUS ALMA COLLEGE California LIBRARY 214 CURSUS THEOL. A, a, PROV. CALIF.

**Fridericus Pustet**
Pontificalis Bibliopola
Ratisbonæ - ROMAE - Neo Eboraci
1907.

2232

IURE PROPRIETATIS LITERARIAE




# TRACTATUS XVII.

# DE BENEFICIIS

# TABULAE SINOPTICAE
# THEOLOGIAE MORALIS

## TAB. CXLI.

### De Beneficiis.

**BENEFICIA**

- definiuntur: *Portiones bonorum Deo dicatorum adiunctis officiis ecclesiasticis legitime erectis et perpetuo subsistentes.*
- *tribus elementis* constituuntur mempe:
  - *jure perpetuo*, percipiendi fructus; unde pensio eccl. non est beneficium,
  - *officio spirituali*,
  - *auctoritate et institutione ecclesiae*; unde cappellania laicalis non est beneficium.
- *dividuntur* ratione
  - *officii spiritualis*, in
    - *maiora*, quae reservantur R. P. et habent iurisdictionem ep. vel quasiepiscopalem, et *minora*,
    - *parochialia* et *curata*,
    - *duplicia* et *simplicia*,
    - *uniformia* et *difformia*,
    - *compatibilia* et *incompatibilia*.
  - *conferentis*, in
    - *reservata*,
    - et
    - *non reservata*.
  - *accipientis*, in
    - *saecularia*,
    - et
    - *regularia*.
  - *modi*, quo fit collatio in
    - *electiva*,
    - *patronalia*, et
    - *liberae collationis*.
- has *dotes* requirunt in *subiecto*:
  - *clericatus* (saltem tonsura),
  - *coelibatus*,
  - *aetas praescripta*,
  - *immunitas* ab omni censura et irregularitate, et ab omni labe simoniaca.
  - *scientia necessaria*,
  - *morum probitas*,
  - *divina vocatio*,
  - nullum aliud beneficium habeat, nisi iusta de causa.
- haec important
  - *iura*:
    - esercitium ministerii et iurisdictionis,
    - administratio bonorum,
    - honeste vivere ex redditibus eorum.
  - *onera*:
    - horas canonicas recitare,
    - omnia munera diligenter obire ratione status et beneficii,
    - residentia,
    - iura et bona beneficiorum servare ac tueri,
    - in pias causas erogare superfluum.

# TAB. CXLII.

## Seq. De Beneficiis.

**BENEFICIA CONFERUNTUR** (1) **PER** *collationem* quae

definitur: *vacantis beneficii Eccl. concessio spontanea facta ab eo qui facultatem habet.*

competit { *Romano Pontifice* ex iure plenario. / *Cardinalibus*, *Episcopis*, *Aliis de indulto Apostolico* } ex iure delegato.

*obnoxia* est { *reservationi* papali ut patet iure ex canonico, / *effectioni* et *devolutioni* } per quas collationis ius transit uno ictu vel gradatim usque ad R. P.

*facienda est*

- quoad *tempus* intra { sex menses, si agatur de beneficiis conferendis ab Episcopo vel inferioribus, / tres menses si agatur de beneficiis maioribus.
- quoad *personas* digno et jure habili: { et mortaliter peccat qui indignum pro digno eligit.
  - imo { digniori si agatur de beneficiis maioribus, / iuxta plures etiam dignioribus benef. / simplicia ni adsunt iustae causae: nempe si. { consulendum sit pastori infirmo, / clericus aliter sublevari nequeat, / fundator presentet dignum, / super-veniant { designatio, aut permutatio.

fit per { *inspirationem*, / *scrutinium*, vel / *compromissum*.

ut *canonica* sit requiritur ut { sint praesentes omnes qui ius eligendi habent, / sint in sacris et nulla censura irretiti, / ille eligatur cui sanior pars favet vel maior, / fiat intra definitum tempus.

*electionem* quae est: *Assumptio facta communibus suffragii personae idoneae ad ecclesiasticum beneficium vacans*,

*nominationem* quae definitur: *actus quo exhibetur superiori persona aliqua ad B. vacans occupandum.*

---

NOTA.

Electio minus digni { est { illicita. / per se non invalida, ideo habetur valida donec fuerit a judice reservata. } / non inducit onus restitutionis saltem *extra concursum*. } quia *stricte* non violat justitiam.

# TAB. CXLIII.

## Seq. De Beneficiis.

**BENEFICIA CONFERUNTUR (II) VI IURISPATRONATUS, QUOD:**

definitur : *facultas praesentandi idoneum clericum ut ei conferatur oliquod B. vacans.*

*dividitur* in { *ecclesiasticum*, laicale et *mixtum*, / *haereditarium* et *familiare*, / *reale* et *personale*, / *activum* et *passivum*.

*acquiritur* per { fundationem / constructionem / dotationem } beneficii (1).

*transfertu* { *successione*, sive legitima sive testamentaria, / *donatione*, libera vel gratuita, / *permutatione* et / *venditione*.

haec importat *iura* { praesentandi etc. (ut supra). / alia { *honorifica* : { *processio*, / *thurificatio*, / *preces*, / *sedes*, / *aqua benedicta*, / *sepultura*. / *utilia* : { *pensio*, vel *fructus*, *B vacante*, si reservaverit sibi vel suis, / *alimenta*, sibi et suis si indigeat. / *onerosa* : { *inspectio* et *tutela*.

*amittitur* { si ecclesia corruit vel amittuntur beneficii bona, / praescriptione legitima, / si patronus rectorem vel clericum eiusdem ecclesiae occiderit vel mutilaverit, / si de jure patronatus disposuerit patronus contra jura ecclesiae, / si in haeresim inciderit, / si ecclesiae jura usurpaverit, / si absque debita facultate ecclesiam a vinculo patronatus solverit, / si fundatoris praeceptum non servaverit, / morte cuius de jure (gente mortua vel familia cui reservatur), / cessione expressa vel tacita.

---

(1) patronum faciunt *dos*, *aedificatio* fundus.

# TAB. CXLIV.

## Seq. De Beneficiis.

**BENEFICIA** (III) *amittuntur*

propria auctoritate per:

*renuntiationem*, quando adest aliqua legitima *causa*, ut:
- infirmitas,
- defectus scientiae,
- irregularitas,
- odium plebis,
- scandali vitatio,
- et bonum { ecclesiae vel beneficiati. } { temporale vel spirituale.

*fiat*
- de licentia superiorIs,
- libere,
- servatis de jure servandis.

*resignationem* in favorem alterius: quando fiat debito *modo* nempe:
- de licentia R. Pontificis.
- non sit in favorem parentum, affinium vel familiarium { episcopi vel resignantis.
- iusta de causa,
- servatis de iure servandis.

*permutationem* cum
- licentia Superioris, et
- consensu partium,
- servatis de jure servandis.

*sententia iudicis* competentis ob causas canonicas,

*morte.*

*auctoritate legis* qua privantur *ipso facto* beneficiis qui rei sunt:
- *Haeresis* vel *apostasia a fide*,
- *Simoniae confidentialis* cum iure *accessus*, *ingressus* vel *regressus*,
- *percussionis* cardinalium vel episcoporum,
- *assassinii* Rectoris Ecclesiae in qua est Beneficium, vel eius *attentationis*,
- *procurationis abortus* effectu secuto,
- *falsificationis vel corruptionis* litterarum Apostolicarum,
- *duelli*, sive publici sive privati etsi non sequatur mors.
- *Occupationis* bonorum Ecclesiae vel pauperum.

*adquiruntur* (V. Tab. ant.).

---

NOTA.

Au liceat uni clerico plura conferre Beneficia? Spectato jure.

positivo
- Si agatur de B. incompatibilibus ut Episcopatus, B. curatus etc., *non licet*.
- *Si agatur de* B. compatibilibus, uti simplicia, quae ad residentiam non obligant, *licet*.

naturae
- si unum sufficit ad honestam vitam, per se non licet.
- adsunt causae excusantes pl. B. ret. ut: Ecclesiae { necessitas vel utilitas. } praerogativa meritorum.

# TAB. CXLV.

## Seq. De Beneficiis.

**SIMONIA** (I)

definitur : *Studiosa voluntas emendi aut vendendi pretio temporali aliquid spirituale vel spirituali adnexum.*

dividitur in *juris*

*divini :* et est : aliquid accipere
- pro Sacramentis, Missis, reliquiis etc. ....
- pro obtinendo beneficio ecclesiastico, pro officio confessarii,
- pro locatione rei spiritualis,
- ut pretium admissionis in monasterio,
- pro labore intrinseco alicuius functionis,
- pro pretio absolutionis a peccatis, censuris; pro dispensatione etc.
- pro omissione actus spiritualis.

et — utraque subdividitur, in Simoniam.
- *mentalem.*
- *conventionalem,*
- *realem ;*
- *confidentialem,* quae quatuor modis fit : *accessu, regressu, ingressu,* beneficiorum et cum stipulatione pensionis.

*ecclesiastici:* et est :
- permutatio et resignatio beneficiorum, transactio, venditio, aliquid dare vel accipere, occasione examinis ad parochiam, accipere etiam sponte oblatum, occasione collationum ordinum,
- venditio et emptio officii oeconomi et procuratoris,
- venditio SS. Chrismatis,
- venditio coronarum benedictarum,
- aliquid accipere a monasterio sub onere sustentationis pro tota vita.

# TAB. CXLVI.

## Seq. De Beneficiis.

**SIMONIA** (II)

- *tribus* constituitur:
  - *materia* invendibile sive
    - spirituali simpliciter
    - temporali, spirituali adnexa sive { *antecedenter*, *concomitanter*, *consequenter*.
  - *pretio* temporali quod vocatur a jure: munus { *a manu*, *a lingua*, *ab obsequio*.
  - *voluntate* commutandi unum pro altero.
- *est peccatum gravissimum*
  - religioni oppositum,
  - in quo non datur parvitas materiae nisi agatur de simonia juris ecclesiastici.
- *cessat* intervenientibus his - titulis:
  - liberalitas aut gratitudo,
  - stipendium vel honesta sustentatio operantis,
  - remuneratio laboris indebiti,
  - redemptio iniustae vexationis,
  - dispositio R. P.
  - Consuetudo non reprobata,
  - damnum emergens et lucrum cessans.
- has *poenas* importat:
  - in Simoniacos:
    - *reales* eorumque *complices* in beneficiis:
      - *excomm. R. P. reservatam* ipso facto incurrendam.
      - *nullitatem* sive { electionis, praesentationis, institutionis.
      - *inhabilitatem* ad ea obtinenda etiam cum Episcopi dispensatione.
    - *confidentiales*
      - excomm. R. P. reservatam contra utrumque contrahentem cuius vis dignitatis.
      - Nullitatem resignationis et collationis illius beneficii ante iudicis sententiam.
      - Privationem omnium beneficiorum antea collatorum Officiorum, et pensionum sed post judicis Sententiam declaratoriam.
    - *in professione religiosa*
      - Exc. R. P. reserv. contra dantes et accipientes,
      - irregularitatem / infamiam iuris { contra utramque partem.
      - damnationem professus ad strictiorem regulam p. i. sententiam.

---

Finis Tractatus XVII.

# TRACTATUS XVIII.

# DE IUSTITIA ET IURE

# TAB. CXLVII.

## De Iustitia et Iure.

**IUSTITIAE**

definitio : *constans et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi.*

*obiectum* { *materiale*, est res vel actio alteri debita,
*formale*, est ratio debiti.

*partes*

*subiectivae* seu *species* :

- *legalis* { per quam omnes et singuli tribuunt quod communitati debetur ratione legum.
  cui opponuntur { *materialiter* omnis transgressio legis,
  *formaliter* contemptus legis sive ex parte { privatorum, principum.
- *commutativa* { quae inclinat hominem privatum ad reddendum alteri privato jus suum strictum servata aequalitate,
  cui opponuntur variae iniuriarum species erga proximum.
- *distributiva* { quae inclinat superiorem ad praemia honores et onera publica distribuenda, iuxta facultates et merita,
  cui opponitur *acceptio personarum*,
- *vindicativa* quae inclinat superiorem ad reum juxta leges puniendum.

*integrales* { *facere bonum*, sub ratione debiti,
*declinare a malo*, sub ratione iniuriae.

*potentiales* seu virtutes adnexae :

- religio, pietas, observantia } quibus debitum non redditur ad aequalitatem.
- veracitas, gratitudo, vindicatio } quibus debitum redditur ex virtute.
- liberalitas, affabilitas, aequitas } quibus debitum (quoddam) redditur ex virtute.

*praestantia*, quae maxima est et { in operibus divinis semper refulget,
in operibus humanis semper optatur.

# TAB. CXLVIII.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**IUS**

definitur: *legitima facultas ad aliquid.*

dividitur in
- *jus*
  - *in rem*, quod quis habet ut res fiat sua,
  - et
  - *in re*, quod quis habet in re iam sua ad quod requiruntur
    - existentia rei
    - titulus legitimus
    - traditio rei quoad mobilia.
- *personale* quod
  - uni personae competit in alteram, vel
  - alicui peculiari personae competit.
- et *reale*
  - et hoc
    - *perfectum*, nempe determinatum in se et quoad personas et via coactionis exigi potest.
    - et
    - *imperfectum*, seu indeterminatum, quoad via coactionis exigi nequit.
  - cuius species (V. Tab. seq.).
    - *dominium*
    - *usufructus*
    - *servitus*
    - *emphiteusis*
    - *feudum*
    - *pignus*
    - *hypotheca*
    - *possessio.*

    quod:
    - definitur: *facultas disponendi de aliqua re vel actione tanquam sua.*
    - dividitur in
      - *altum*, seu reipublicae et est dominium improprie
      - et
      - dictum.
      - *humile* quod definivimus, et subdividitur in
        - *plenum*,
        - et
        - *semiplenum.*
    - cuius
      - *obiectum*
      - *subiectum*
      - *adquisitio*
      - *amissio*

      (V. Tab. seq.).
    - amittitur:
      - *morte*,
      - *voluntate* sive per
        - contractum,
        - abdicationem.
      - *judicis sententia*
      - *ipsa legis dispositione.*

# TAB. CXLIX.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**DOMINII**

**obiectum**

sunt bona omnia sive
- *incorporalia*, quae intellectu percipiuntur et consistunt in aliquo jure.
- *corporalia*
  - quae sensibus subiiciuntur.
  - *mobilia* sive
    - *fungibilia*,
    - *non fungibilia*.
  - vel
  - *immobilia* sive talia sint ex
    - natura sua,
    - destinatione,
    - re principali.

quae non sunt *extra commercium*.

**subiectum**

*omnis et sola natura intellectualis esse potest.*

*attento naturali iure* esse possunt etiam
- infantes
- amentes } etsi non habeant usum rationis actualem.

iuxta jus patrium

*regnum*
*Ecclesia*
(V. Tab. seq.).
*municipia*
*entia publica*
*privati* sed hic tantum de:

et

*filiis familias* quibus
- est *plenum dominium* bonorum castrensium vel quasi castrensium.
- non competit *dominium utile* in bona ipsis obvenientia per successionem, donationem vel alium titulum lucrativum.
  - sed *excipiuntur* quae eis obveniunt
    - per conditionem appositam,
    - ob aliquod peculiare vitae genus, artem, etc.
    - ex industria et labore extraordinario,
    - ex titulo legitimo renuente patre,
    - primo uso consumptibilia.
  - quod *competit*
    - *patri* jure patriae potestatis,
    - vel
      - pater decesserit,
      - vel
      - *matri* cum vel *consilio familiae*. aliqua de causa pater excluditur.
  - *usque dum*
    - solvatur patria potestas per emancipationem
      - legalem,
      - vel
      - voluntariam.
    - ad aetatem maiorem pervenerit
    - aliquo modo cesset in
      - totum
      - vel
      - partem
      - patria potestas.

et

*uxoribus* quibus quoad *bona*
- *dotalia* non competit regulariter dominium utile,
- *extradotalia*, competit dominium plenum.
- *communia*
  - nullum jus est administrandi,
  - bene vero,
  - proprietatis et ususfructus jus est.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**TUTELA**

- definitur: *publicum ac personale officium jure civili inductum ad tuendam minoris personam eiusque bona.*
- ex *triplici* fonte emanare potest:
  - *ex parentum potestate,*
  - *ex lege*, cuius vi tutela defertur avo paterno et in eius defectu avo materno.
  - *ex mandato consilii familiae*, quod constat:
    - praetore,
    - tutore,
    - protutore,
    - curatore,
    - quatuor consulentibus.
- cuius *onera*:
  - quoad personam minoris:
    - alimentatio,
    - instructio,
    - habilitatis declaratio,
    - correctio (in domo correctionis si consilium familiae id statuit).
  - quoad substantiam:
    - inventarium debito modo conficere,
    - repraesentare minorem in actibus civilibus,
    - administrare ut bonus paterfamilias,
    - cautionem praestare ni sit:
      - avus paternus vel maternus,
      - dispensatus.
    - rationem reddere finita tutela.
- cessat:
  - morte vel dispensatione ipsius tutoris.
  - elapso tempore praefixo,
  - impleta conditione si quae adfuit tutelae causa,
  - morte minoris
  - cum minor . . .:
    - ad aetatem maiorem pervenerit,
    - vel
    - habilis declaratus fuerit.

# TAB. CLI.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**MODUS ADQUIRENDI DOMINIUM**

**naturales**

*occupatio* quae

definitur: *Apprehensio rei corporalis quae nullius sit, sed in alicuius dominio venire potest, animo eam sibi habendi.*

fit per

*venationem* quae:

*est ferarum indagatio et persecutio.*

licita est { per se, nulli enim iniuria per ipsam irrogatur. / sed prohiberi potest ratione { loci, / personae, / publicae utilitatis.

habet pro *obiecto* omnia animalia fera quando sint in naturali libertate.

*inventionem* sive:

*thesauri* cuius dominus { ex iure naturali est ipse inventor, / sed ex iure civili est { pro dimidia parte inventor, / pro dimidia parte dominus fundi.

*bonorum* { *derelictorum*, quae sunt primi occupantis. / *vacantium* quae { *ex iure naturae* sunt primi occupantis, / *ex iure civili* sunt *Status* (si immobilia).

*rerum amissarum* quae { sunt tradendae domino suo, qui tamen (ex lege civili) tenetur praemium solvere. / (si non inveniatur dominus) { et nulla spes adsit inveniendi, inventor eas retinere potest, / sed adhuc spes adsit eum inveniendi, res servanda est per tempus conveniens in se vel in aequivalenti.

et

*accessio* quae:

definitur: *ius quo dominus rei principalis fit dominus rei accessoriae.*

triplex est

*naturalis*, quae habetur in { *nativitate* animalium, / *fructificatione*, / *alluvione aquarum*.

*artificialis* quae habetur in { *aedificatione*, cum quis in proprio feudo ex alienis materiis aedificat vel vicissim, / *specificatione*, cum materiae praeexistenti nova forma accedit, / *adiunctione*, cum res unius ita jungitur rei alterius ut unum totum efficiat. / *commixtione*, quando res solidae, / *confusione*, quando res liquidae. } ad diversos pertinentes simul iunguntur.

*mixta* quae habetur in { *plantatione* et *seminatione* } idest natura ed industria in unum cohalescunt.

***civiles*** { *successio* / *donatio* / *praescriptio*. } (V. Tab. seq.).

# TAB. CLII.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**SUCCESSIO HAEREDITARIA**

definitur: *modus acquirendi dominium bonorum et iurium defuncti:*

sive *legalis* sive *testamentaria*

- aperitur { ipso momento mortis, bonorum possessio statim defertur haeredi, in loco ultimi domicilii defuncti.
- ab haerede potest: { *acceptari* et tunc in se transfert (cum beneficio inventarii vel non) { commoda et iura defuncti, et etiam debita et onera realia defuncti. / *non acceptari.*
- *fit* { *amicabiliter*, inter maiores aetate, praesentes et concordes per actum privatum vel coram notario per actum authenticum. / *iudiciabiliter* si adsint { *minorennes*, *interdicti*, *absentes* etc., vel *lis de haereditate.*
- sub regula *aequalitatis* posita est, quae laeditur { *in casu anticipatae acceptionis*, sed contra hanc datur locus *collationi*, / *in casu laesionis*, sed contra hanc datur locus *rescissioni*, / *in casu evictionis*, sed contra hanc datur locus *assecurationi*,

duplex esse potest: *legalis* et *testamentaria* (V. Tab. seq.).

*legalis*:

- quae determinatur ex lege, habita ratione praesumptae voluntatis defuncti vel boni communis.
- Sub his *regulis* constituta: { ius succedendi pertinet ad omnes, qui defuncto coniuncti sunt vinculo cognationis naturalis et civilis. / coniuncti dividuntur in varios ordines quorum prior excludit posteriorem, / inter haeredes eiusdem ordinis divisio fit secundum regulas speciales, quae apud varias nationes, variae sunt.
- veniunt { 1° descendentes. / 2° genitores, alibi soli; alibi cum collateralibus defuncti. / 3° ascendentes in ordine remotiori.

# TAB. CLIII.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**SUCCESSIO TESTAMENTARIA - TESTAMENTUM**

definitur : *legitima dispositio de his quae quis vult fieri de bonis suis post mortem suam.*

**Conditiones** requisitae ex parte :

- *testatoris*
  - *potestas testandi* quae
    - ex iure naturae omnibus competit,
    - ex iure positivo aliquibus interdicitur.
  - *libera voluntas*
    - semel data et non retractata,
    - cui opponuntur
      - metus, et
      - error.
- *haeredis*
  - capacitas succedendi iuxta leges.
  - iura non inficiat haeredum necessariorum
    - ut sunt communiter
      - *descendentes*
        - legitimi
        - et
        - legitimati.
      - in defectu descendentium *ascendentes* in gradu prop.ri sive :
        - paterni,
        - materni.
      - *coniux superstes* (apud nos).
    - quibus spectat pars *legitima* quae . . . . .
      - *sic se habet ex iure italico: descentibus legitimis* debetur dimidia pars; *illegitimis* pars quam lex in successione abintestato ipsis designat. *Ascendentes* absque distintione linearum habent ius ad tertiam partem. *Coniux superstes* si veniat cum filiis legitimis computatur in eorum numero et obtinet suam portionem non in proprietatem sed in usumfructum ; si venit cum aliis obtinet eodem modo (id est in usumfructum) partem tertiam.
      - *haeredibus*
        - necessariis debetur ex iustitia,
        - non necessariis debetur ex caritate.

- *formae* si sit :
  - *solenne*
    - fiat
      - coram publico notario et quatuor testibus,
      - vel
      - duobus notariis et duobus testibus.
    - exigit ut (1)
      - testator coram notario et testibus suam manifestet voluntatem,
      - notarius testamentum legat testatori, coram testibus,
      - subscribatur a testatore (et in casu impossibilitatis id adnotetur), notario et testibus.
  - *holografum*
    - integre scribatur a testatore, quacumque charta et atramento,
    - indicetur dies, mensis, annus (saltem numerice).
  - *speciale* desunt solemnitates; ratione impossibilitatis (V. Cod. Civ.).
- *executoris*
  - designatus sit a testatore vel iudice (nisi sit haeres ipse).
  - religiose voluntatem testatoris executioni mandet.
  - invigilare ut
    - apponantur sigilla iudicialia si inter haeredes sint . . . . .
      - minores,
      - interdicti,
      - absentes,
      - inhabilitati.
    - executionem testamenti urgeat.
- *testium*
  - aetas praescripta (21) (et 16 pro testam. speciali in casu epidemiae, apud nos).
  - in regno residentia,
  - possessio iurium civilium.

---

(1) *Secretum*
- scribatur a testatore et firmetur in calce, vel a tertio et firmetur a testatore in singulis paginis.
- sigillo muniatur,
- notario tradatur coram testibus.

# TAB. CLIV.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**DONATIO**

definitur: *rei propriae collatio, nullo jure cogente ex pura liberalitate a donatario acceptata.*

multipliciter distinguitur:
- *simplex*, quae fit absque limitatione,
- *qualificata*, sive sub *modo* quae fit cum aliqua conditione vel forma,
- *liberalis*, si in donante nullam obbligationem supponit,
- *remunerativa*, si supponit obligationem gratitudinis,
- *inter vivos*, qua quis actualiter et inesorabiliter transfert rei suae dominium alteri acceptanti,
- *causa mortis*, quae dominium in acceptantem non transfert nisi post mortem.

*nequit*
- *fieri*
  - *ab inhabilibus*, interdictis, usus rationis carentibus,
  - *a minoribus* { licet emancipatis, / nisi agatur de donatione pro contractu matrimonii.
  - *ab uxoribus* sine consensu mariti,
  - *a coniugibus* durante coniugio.
  - insi de bonis { propriis, / praesentibus, / quorum cessione, non laedaturne que { ius tertii, / legitima haeredum necessariorum.
  - absque acceptatione ex parte donatarii, qua deficiente, revocari potest etsi juramento sit firmata.
- *acceptari*
  - a communitatibus, et piis entibus, absque licentia auctoritatis civilis,
  - a pluribus determinatis personis, vel in peculiaribus circumstantiis (V. codex).

has requirit *solemnitates* (nisi sit manualis)
- *publicum instrumentum*,
- *juridica acceptatio* (nisi fiat a causa certi et futuri matrimonii),
- *transcriptio*, si agitur de immobilibus.

*irritatur* si
- respiciat bona futura.
- fiat
  - sub conditione { illicita, / impossibili, vel / solvendi futura debita.
  - intuitu futuri matrimonii, quod { non sequatur, / vel / invalidum declaretur,
  - a coniugibus durante matrimonio.

*revocari* potest ob
- conditionem resolutivam { expressam, / vel / tacitam.
- ingratum animum donatarii, qui { vitae donantis insidiaverit, / donantem iniuriis affecerit, / donanti necessaria alimenta denegaverit. } sed intra annum post acceptam iniuriam vel eiusdem notitiam.
- supervenientes filios (sed intra quinquennium post ultimum filium).

*reducitur si* superet partem disponibilem.

# TAB. CLV.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**PRAESCRIPTIO**

definitur : *modus adquirendi dominium vel se liberandi ab aliqua obligatione per certum temporis spatium et sub conditionibus a lege praefixis.*

est *legitimus modus* adquirendi dominium { nam { id exigit bonum commune, *bona legitima praescripta quiete et sincere in perpetuum servari possunt* (Gregorius IX), *dicendum quod si quis bona fide possidendo praescribat non tenetur ad restitutionem* (S. Thomas). servatis servandis.

*reiici* nequit nisi { a quo habet potestatem alienandi. fuerit delata { expresse vel tacite.

*conditiones* (V. Tab. seq.) (1).

*important* { dominium in re — *dominium iuris.*

vel { *longissimi temporis* (30 ann.) cui generatim subiiciuntur omnes actiones reales et personales. Valet in conscientia. *longi temporis* (10 ann.) qua estinguuntur actiones in nullitatem vel rescissiones contractus quando lex terminum breviorem non constituit. Valet in conscientia.

liberationem ab onere *dominium contra ius* et haec vocatur *praescriptio liberativa* et distinguitur in : { *brevi temporis* (5 ann.) quae respiciunt summas solvendas periodice per modum fructuum civilium. Dubitatur an valeat in conscientia.

*brevissimi temporis* quae non valent in conscientia. { (2 ann.) pro stipendiis in procuratorum causa finita. (1 ann.) pro stipendiis medicorum, famulorum, mercatorum etc. (6 mensium) pro stipendiis operariorum, hospitum etc.

*infirmatur* { *renuntiatione.* *prohibitione.* *suspensione*, quae fit quando { iudicia exerceri nequeunt. is contra quam praescribitur jus suum prosequi non valet.

interruptione { naturali vel civili.

---

(1) { Non usu capies nisi sint tibi talia quinque.
Si res apta, fides, titulus, possessio, tempus.

# TAB. CLVI.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**CONDITIONES AD PRAESCRIBENDUM NECESSARIA:**

- *res praescriptibilis ;* et sunt omnes res, exceptis:
  - quae sunt juris divini sive { naturalis, positivi.
  - iura spiritualia,
  - res sacrae, ecclesiae, coemeteria,
  - res publicis usibus deputatae,
  - quae lex imprescriptibiles declarat,
  - res furtivae vel vi ablatae.
- *bona fides* quae
  - necessaria est intra totum tempus quod ad praescribendum requiritur.
  - si agatur de { *inchoante* esse debet positiva, *continuante* sufficit ut mala fides non super veniat.
  - nititur
    - *errore*, qui tamen si est { *juris*, non valet ad bonam fidem, *facti*, bonam fidem non impedit.
    - *dubio*, et si { ad hoc tollendum debitam diligentiam *successor* adhibuerit praescribere potest. agatur (ex novis legibus) de successori in particulari, hic praescribere potest, et si antecessor fuerit in mala fide.
- *possessio*
  - *dominativa,* idest habeatur animo proprietarii.
  - *certa*, de qua nullomodo dubitetur.
  - *pacifica,* ita ut de ea nulla contentio locum habeat.
  - *publica,* (saltem pro foro externo) ut ille contra quem currit praescriptio possit reclamare.
  - *continuata*, idest non interrupta, par omne tempus a lege determinatum.
- *titulus legitimus* qui
  - definitur : *causa propter quam aliquid possidemus.*
  - quintuplex distinguitur:
    - *verus*, si habet omnes conditiones requisitas ad dominium transferendum (non requiritur ad praescribendum).
    - *coloratus*, qui habet speciem veri (sufficit ad praescriptionem); huic similis *praesumptus* et existimatus.
    - *vitiosus*, cui deest aliqua conditio necessaria (hic non sufficit).
  - non requiritur quoad bona *immobilia*, si agatur de praescriptione longissimi temporis.
- *tempus* a lege definitum quod { computandum est de diem ad diem, *idem non est* in omnibus regnis, ideo consulendum codex uniuscuiusque.

---

NOTA. — Quoad mobilia titules non requiritur sed sufficit traditio, quia possessio aequivalet titulo. Nec tempus requiritur quia statim ac aliquid bona fide accipitur possessoris est.

# TAB. CLVII.

## Seq. De Iustitia et Iure.

**SERVITUS**

definitur: *ius in re aliena constitutum vi cuius dominus in re sua aliquid pati aut non facere cogitur in alterius rei vel personae utilitatem.*

duplex distinguitur: alia nempe est:

*personalis* et haec adhuc triplex:

*usufructus*

definitur: *ius rebus alienis fruendis sicut proprietarius salva eorum substantia et forma.*

duplex est:

- *legalis* et hic competit
  - parentibus, in bona filiorum,
  - coniugi, in bona coniugis,
  - et
  - possessori per tempus definitum ad praescribendum.
- *conventionalis*, qui oritur ex quocumque alio titulo sive
  - oneroso
  - gratuito.

*ius dat*:
- fruendi re et consummandi (si consumptibilis) dummodo reddatur similis,
- utendi et reddendi in statu quo reperitur (exclusa fraude et negligentia),
- faciendi fructus suos ex re.

cuius *onera*:
- impensas facere censervationis,
- solvere ex integro onera et debita quae fruitionem attingunt,
- rem reddere in statu quo esset post bonam administrationem.

*extinguitur*:
- morte fructuarii.
- interitu rei.
- elapso tempore praestituto.
- consolidatione.
- per non usum spatio 30 annorum.
- renuntiatione.
- adveniente conditione resolutiva.
- soluto jure illius qui usumfructum constituit.
- per abusum (post iudicis sententiam).

*usus*

definitur: *jus re aliena utendi ad proprium tantum commodum salva eius substantia et forma.*

*ius dat* utendi re aliena
- ad propriam et familiae utilitatem,
- sed
- ut bonus pater familias.

cessat eodem modo quo cessat usufructus.

*habitatio.*

*praedialis*

definitur: *onus praedio impositum ad usum et utilitatem praedii ad alium proprietarium pertinentis.*

*dividitur* ratione:
- *originis* in
  - *naturalem*,
  - *legalem*, et
  - *conventionalem*.
- *modi* in
  - *continuam* et *non continuam*,
  - *apparentem* et *non apparentem*.
- *obiecti* in
  - urbanam, vel
  - rusticam.

*constituitur* per
- titulum sive
  - gratuitum,
  - onerosum.
- destinationem patris familias,
- praescriptionem triginta annorum.

*extinguitur*
- mutatione,
- confusione,
- consolidatione,
- non usu,
- praescriptione,
- renuntiatione,
- conditione resolutoria.

---

Finis Tractatus XVIII.

# TRACTATUS XIX.

# DE RESTITUTIONE

# TAB. CLVIII.

## De Restitutione.

*FURTUM. (FUNDAMENTUM RESTITUTIONIS).*

definitur: *occulta acceptio rei alienae invito rationabiliter domino.*

*multiplex distinguitur* et vocatur:
- *furtum simplex*, si est occulta et iniusta acceptio rei alienae, simpliciter.
- *rapina*, si est violenta et aperta ablatio rei alienae.
- *sacrilegium*, si res accepta est sacra.
- *furtum qualificatum*, quod fieri potest ratione:
  - *personae*, quae furtum committit.
  - *temporis*, quo committitur.
  - *loci*, in quo perpetratur.
  - *mediorum*, si adhibeantur arma et
  - *valoris*, si res excedat valorem 500 libellarum.

*est peccatum*:
- ex genere suo *mortale*, cuius gravitas determinanda est ex gravitate damni quod per illud infertur.
- quod etsi per se leve
  - sive ex
    - parvitate materia,
    - defectu
      - advertentiae,
      - vel
      - voluntatis.
  - fieri potest grave per
    - *intentionem* perveniendi ad materiam gravem.
    - *damnificationem* gravem ex levi furto obvenientem.
    - *conspirationem*, *unionem materiae*
      - phisice,
      - vel
      - moraliter.

*excusatur a*:
- *necessitate extrema*
  - nisi saltem dominus in eadem extet necessitate.
  - sive
    - propria
    - aliena

  dummodo non excedatur quantum sufficit ad talem necessitatem repellendam.
- *compensatione occulta* quae licet quando ratione:
  - *iustitiae commutativae*
    - debitum sit
      - strictum,
      - certum,
      - exigibile.
    - excludatur damnum
      - debitoris,
      - et
      - tertii.
  - *iustitiae legalis*, satisfactio alio modo fieri nequeat,
  - *caritatis*, precaveatur ne proximus detrimentum recipiat.

# TAB. CLIX.

## Seq. De Restitutione.

**RESTITUTIO** (1)

definitur: *actus justitia commutativae, quo res aliena redditur, vel damnum iniuste illatum compensatur.*

- *necessaria* est
  - in *re* vel in *voto*, unde peccant qui (ex precepto divino)
    - solutionem non impleverunt, cum promiserint.
    - vias, rationes et media ad restituendum non adhibent.
    - partem tantum restituunt, cum totum restituere possint.
    - in periculo mortis constituit, dum restituere possint, non restituunt.
  - iis qui jus alienum laeserunt, unde pro praxi in confessione aperiendum:
    - tempus, quo quis non restituit, dum potuit.
    - quoties renovaverit voluntatem non restituendi.
    - occasiones restituendi, quas neglexit,
    - damnum, quod ex omissione restitutionis habuit dominus.
- obligat
  - *sub gravi* in materia *gravi*.
  - *sub levi* in materia *levi*.
- ex hisce *radicibus* oritur, nempe ex:
  - *re accepta* seu iniusta retentione rei alienae
    - quod fieri potest a triplici *possessorum* genere idest:
      - *bonae fidei*, qui quoad
        - *rem*, tenetur: (statim ac bona fides cessavit).
          - si habet, restituere.
          - si non habet et
            - *donaverit*, restituere id, in quo factus est ditior ed id tantum.
            - *consumpserit*, restituere ut qui donaverit (ut supra).
            - *vendidit*, restituere pretium
              - emptori vel domino,
              - nisi bona fide consumpserit.
        - *fructus*, reddat omnes
          - exceptis industrialibus.
          - sive
            - naturales
            - civiles
            - mixtos

            a temporis momento quo cessavit bona fides.
        - *impensas*
          - *necessarias*, jus habet ad compensationem sed computandi sunt fructus.
          - *utiles*, ius habet ad compensationem.
          - *voluptuarias*, ius habet ad aliqualem compensationem ex aequitate.
      - *mala fidei* qui quoad
        - *rem*
          - reddere eam debet
            - in se vel in aequivalenti,
            - etsi fortuito perierit,
            - et damma compenset.
          - quae *periit* sine sua culpa non tenetur ad restitionem si res eodem modo et tempore peritura erat apud dominum.
          - quae crevit pretio tenetur ad pretium supremum restituendum. (V. Tab. seq.).
        - *fructus*, reddat omnes exceptis industrialibus.
        - *impensas* jus habet ut sibi restituantur
          - *necessariae*,
          - *utiles* pro rata utilitatis,
          - *voluptuariae* ex aequitate.
    - *iniusta acceptione.* (V. Tab. seq.).
      - *dubiae fidei* qui si
        - *possidere incipit* cum dubio, tenetur inquirere dominum et si non invenerit restituat pauperibus pro rota dubii.
        - *post factum* incipit dubitare tenetur inquirere dominum et si non invenerit totum potest retinere.
        - *neglexit inquirere* tenetur aliquid restituere domino praesumpto (pauperibus) sed non pro rata dubii.

# TAB. CLX.

## Seq. De Restitutione.

*RESTITUTIO* (II) *QUAESTIONES PRACTICAE*

- an qui rem emit bona fide a fure possit solutum pretium a domino repetere ?.
  - si rem emit cum intentione domino reddendi et quidem
    - *modico pretio*, illud potest repetere.
    - *iusto pretio*, potest repetere si dominus peculiarem affectum habet in rem.
  - si rem emit absque intentione domino reddendi, nequit pretium repetere.
- an qui rem bonâ fide emit a fure possit eam furi reddere ut suum recuperet pretium ?.
  - poterit quando moraliter certus sit eam
    - furem domino restituturum.
    - dominum facile recuperaturum.
  - si res praesto non sit, aut emptor pretium recuperare nequeat, non potest nec eam
    - vendere
    - in proprium usum convertere.

    tenetur domino reddere si eam petat.
  - extra hos casus disputatur.
- Quid dicendum si aliqua res perit apud possessorem malae fidei, quae apud dominum aeque peritura erat ?.
  - si praevidebatur periculum, fur non tenetur restituere, et
  - si non praevidebatur dist.
    - si peritura fuisset (apud dominum) *ante*, restituendum.
    - si peritura *postea*, iterum restituendum.
    - si peritura *eodem tempore*, et quidem certe, attento naturali jure nihil restituendum est.
- Ad quid tenetur possessor malae fidei *ratione rei* quae dum in ipsius manu erat, varium habuit pretium?.
  - si dominus servaturus erat rem, eaque usurum *tempore maioris valoris*, restitui debet summum pretium.
  - si dominus rem servaturus non erat . . . . . .
    - et possessor vendidit tempore maioris pretii, tenetur totum pretium restituere,
      - sed excipe :
        - si agatur de re fungibili quae restituatur in natura et eiusdem qualitatis.
        - si possessor rem ipsam recuperet.
    - et possessor vendidit tempore minoris pretii, restitui potest valor actualis, quod sufficit.

# TAB. CLXI.

## Seq. De Restitutione.

***ACTIO DAMNIFICATIVA IMPORTAT OBLIGATIONEM RESTITUENDI***

etiam iis qui in actionem damnificativam cooperant sive

- pretium aequivalens tum { rei damnificatae, aliorum damnorum.
- si *actio* fuit { stricte *iniusta*, *efficax causa damni*, *positiva* et *culpabilis*.
- *positive* ut sunt:
  - *mandans* qui tenetur *compensare damna*:
    - sive { expressus, tacitus.
    - etsi mandatus fuerit tacitus.
    - nisi { mandatum revocaverit mandatario ante executionem, ex errore evitabili a mandatario alium damnificaverit, damnum evenerit ex eo quod mandatarius mandati limites excesserit.
    - mandatario, quando non fuerit mercede conductus, vel propria voluntate mandatum susceperit.
  - *consulens*:
    - nempe qui consilio, precibus, promissis, suggestione, alium inducit ad damnum inferendum.
    - qui, si consilium fuerit { iniustum, (etiam ex ignorantia culpabili). efficax causa damni, et graviter culpabilis, { tenetur de damnis per executorem illatis sed generatim non de iis quae obveniunt executori.
  - *consentiens*:
    - nempe qui suffragio, voto vel sententia est causa alterius damni.
    - voto { mere consultativo tenetur ad restitutionem sicut *consulens*. decretorio tenetur ad restitutionem sicut *mandans*.
  - *palpo*:
    - est qui adulationibus, laudibus, exprobationibus alium impellit ad damnum inferendum.
    - tenetur ut *consulens* etsi damnum inferre non intendat.
  - *receptans*:
    - est qui malefactoris securitatem vel protectionem praestat.
    - tenetur ad rest, si in in damnum concurrat { cum gravi culpa efficaciter, et iniuste.
  - *participans* qui duplex est, nempe:
    - *participans in crimine*; et hic si formaliter cooperat tenetur semper ad restitutionem,
    - et
    - *participans in praeda*; tenetur ad restitutionem sicut possessor rei alienae.
- *negative* (V. Tab. seq.).
- impediendo alios a consecutione alicuius boni, quando aliquae concurrunt conditiones (V. Tab. seq.).

---

APPENDIX.

*cooperatio*:

- definitur: *consensus ad pravam actionem alterius principaliter agentis.*
- *dividitur* in:
  - *mediatam* et *immediatam*,
  - *proximam* et *remotam*.
  - *formalem* quae { ex intentione procedit saltem implicita, nunquam licet.
  - et
  - *materialem* quae: { est praeter intentionem, licet quando { actio est de se bona vel indifferens, recta est intentio, et adest justa causa et tanto gravior quanto { gravius peccatum cui occasio datur, probabilior est culpa, maior influxus cooperationis, minus jus habetur ad opus, magis cum justitia pugnat.

# TAB. CLXII

## Seq. De Restitutione.

***INIUSTA ACCEPTIO IMPORTAT OBLIG. RESTITUENDI IN IIS QUI IN ACTIONE DAMNIFICATIVA CONCURRUNT SIVE:***

- *positive* (V. Tab. praec.).
- *negative*
  - sed quando
    - damnum praevideri potest,
    - ex iustitia impedire debuerint.
    - absque gravi damno actionem impedire potuerint.
  - ut sunt:
    - *mutus*
      - id est qui ante damnificationem tacet, dum monere tenetur.
      - hinc pro praxi:
        - confessarius tenetur ad restitutionem si:
          - a poenitente interrogatus fuerit circa restitutionem et ipse siluerit,
          - promiserit se de obligationibus declaraturum.
        - *tutores, administratores* tenentur de damnis non impeditis
          - pupillis,
          - minoribus,
          - ecclesis.
        - *consiliarii, deputati, senatores*, praetermittentes suffragium quando ex eodem suffragio infirmaretur iniustum suffragium alienum.
        - *famuli,* qui non impediant damna ab extraneis in bona domini sui eorum custodiae commissa.
        - non tenentur ad restitutionem qui damnum alienum impedire debent ex sola
          - *pietate* et
          - *caritate.*
    - *non obstans*, qui dum infertur damnum illud non impedit, licet teneatur impedire ex iustitia.
    - *non manifestans*, qui post illatum damnum, illud non denuntiat cum denuntiare teneatur ex iustitia.

- *impediendo a consecutione alicuius boni alicui*
  - cui ex iustitia illud bonum debetur.
  - qui illius erat dignus
    - etsi ipsi non esset jus strictum.
    - hinc pro praxi qui id facit
      - *via iniuxta* semper tenetur ad restitutionem.
      - (huius furturis sunt qui):
        - testamentum fraudant avertendo notarium vel testes,
        - literas commerciales intercipiunt,
        - alium impediunt ab exercitatione artis suae,
        - se pauperes fingunt ad eleemosinam extorquendam,
        - aliena ope educati, indigeni se reddunt ex gravi ipsorum culpa,
        - se, suosque, suasque res ita extollunt, ut alios, aliorumque res, iniuste deprimant, et damni causa sunt.
      - *via iusta*, non tenetur, quia tantum peccat contra caritatem etsi id faciat pravo animo (si agatur de rebus non stricte ex justitia debitis).

# TAB. CLXIII.

## Seq. De Restitutione.

**RESTITUTIONIS CIRCUMSTANTIAE**

*quis* restituere debet? qui fuit causa damni.

*quid* restituere debet? qui

- fuit totius damni *causa principalis* tenetur ad restitutionem totius damni { in solidum et absolute.
- fuit *cooperator efficax secundarius* in totum damnum
  - quod fit quando eius cooperatio { fuit necessaria, fuit vera cooperatio.
  - tenetur ad restitutionem { in solidum sed conditionate.
- fuerunt *seorsum cooperatores secundarii* in totum damnum sed absque cospiratione, tenentur singuli pro rata parte cooperationis.
- iniuste cooperavit in damnum indivisum absque cospiratione
  - tenetur ad totum { pro rata et in solidum { si *totaliter* in damnum influxerit.
  - tenetur pro rata si *partialiter*, in damnum influxerit.

*quo ordine*:
1.° rei alienae detentor.
2.° mandans.
3.° mandatarius.
4.° alii cooperatores positivi ad maius vel minus pro influxu.
5.° cooperatores negativi.

*cui*: si dominus

- sit *certus et cognitus* ipsi vel successori restituatur nisi agatur de re accepta a { iusto possessore (ipsi tradenda).
  - filiis familias { patri
  - pupillis { tutori
  - uxore { marito
  - religioso { praelato } facienda restitutio.
- *dubius* sit
  - *inter paucos*, restitutio facienda pro rata dubii non autem pauperibus.
  - *inter multos*, alicuius certae communitatis facienda est { *civibus*, vel *pauperibus* eiusdem.
- penitus lateat et res accepta fuerit
  - *bona fide*, et facta morali diligentia dominus inveniri nequeat res teneri potest,
  - *mala fide* eroganda est in pias causas.
  - *dubia fide* perseverante dubio post diligentem inquisitionem potest partim . . . . . { impendi in causas pias, retineri.

*et quo ordine* creditorum
1.° credita privilegiata.
2.° credita hypothecaria sive { legalia, iudicialia, conventionalia.
3.° credita chyrographaria seu communia.

*quando*:
- si proveniat ex delicto, facienda est *quamprimum* fieri potest.
- si provenit ex contractu, facienda est tempore statuto.

*quo loco*:
- possessor et debitor ex
  - *bonae fidei* restituat rem in loco ubi eam possidet et satisfacit.
  - *malae fidei* restituat rem in loco ubi eam dominus habitarus esset, et suis impensis.
  - *contractu* restituat rem in loco de quo conventum fuit { expresse vel tacite.

*quomodo*: ad aequalitatem { per se vel per alios. advertente domino vel non.

# TAB. CLXIV.

## Seq. De Restitutione.

**CAUSAE RESTITUTIONEM**

**suspendentes**

- *impotentia* debitoris sive:
  - *phisica*,
  - *moralis* nempe periculum
    - salutis animae
    - vitae aut famae
    - gravissimi damni

  } usque dum durat.
- *necessitas*, quae si
  - sit extrema omnino excusat.
  - sit gravis et
    - pro solo debitore, hic differre potest restitutionem,
    - pro solo creditore, facienda est statim restitutio,
    - pro ambobus, probabiliter differri nequit nisi ex restitutione debitor in extremam vel quasi extremam cadere debeat.
- *damnum creditoris*, qui re sit abusurus sive
  - ad peccandum,
  - ad damnum in alios inferendum.
- *cessio bonorum*
  - est derelictio omnium bonorum, quam debitor, solvendo impar suis creditoribus facit ad suam servandam libertatem.
  - duplex est
    - voluntaria
    - et
    - indiciaria.
  - quae
    - licita est et a lege ipsa concessa debitori
      - infortunato
      - et
      - bonae fidei.
    - tamen
      - etsi non fraudolenta, non tollit sed suspendit tantum obligationem restituendi.
      - necesse non est ut sit completa sed si proveniat:
        - *ex contractu*, cessor sibi retinere potest quae ad status suae familiae sunt decentia.
        - *ex delicto*, cessor sibi retinere tantum potest quae sunt ad victum necessaria.

**excusantes**

- *compensatio*, quae duplex est nempe
  - *legalis*, ad quam requiritur ut debita sint
    - *certa*,
    - *hic et nunc exigibilia*,
    - *personalia*,
    - *eiusdem speciei*.

    et
  - *extralegalis*, a lege non contemplata et haec est valida quando
    - debita sint
      - *certa*
      - *hic et nunc exigibilia*.
    - fiat absque iniuria tertii.
- *condonatio*, quae sit
  - *libera*,
  - *nullo jure irrita*,
  - *facta ab eo qui potestatem habet sive*
    - expresse
    - tacite

    } sed certe, et quidem certitudine morali.
- *publica auctoritas*, sed
  - non falsa praesumptione innixa, bene vero veritate freta.
  - si agatur
    - *de compositione*, haec requirit ut
      - bona sint incerta,
      - et
      - adsit iusta causa.
    - de *sanatione* haec fieri debet a S. R. P. ob iustam et gravissimam causam.
- *necessitas extrema*.

---

# TAB. CLXV.

## Seq. De Restitutione.

**RESTITUTIO OB DAMNUM ILLATUM IN BONA FAMAE PER:**

*detractionem*

quae
- est peccatum in genere suo mortale, cuius gravitas desumitur ex
  - natura defectus qui narratur.
  - qualitate
    - personae sive
      - detrahentis,
      - laesae.
    - et numero audientium.
- fit
  - variis modis hisce versiculis expressis
    - imponens, augens, manifestans, in mala vertens.
    - qui negat aut reticet, minuit, laudatve remisse.
  - vel
    - directe,
    - indirecte.
- definitur: *occulta et iniusta alienae famae denigratio seu laesio.*
- haud amplius adest quando
  - crimen notorium est notorietate
    - facti,
    - juris, vel
    - famae.
  - adsit iusta causa crimen alterius manifestandi (servatis servandis): ut: bonum
    - spirituale delinquentis,
    - notabile rivelantis,
    - privatum audientium et aliorum.

*fit hoc modo:*
- *qui audit detractionem*, eam impediat si commode possit (secus peccat contra caritatem, nisi teneatur ex officio, quia tunc peccat contra iustitiam).
- *qui gaudet de detractione*, quamvis peccet contra caritatem, non peccat contra iustitiam, ideoque ad restitutionem non tenetur.
- qui *detractat* vel detractori directe cooperat peccat contra iustitiam ideoque restituat:
- detractor tenetur
  - tum
    - restituere famam iniuste laesam,
    - reparare damna temporalia quae inde venerunt.
  - infamati famae per opportuna media prospicere.

haud amplius obligat quando adsunt *haec causae*:
- impossibilitas,
- inutilitas,
- iusta compensatio,
- prudens praesumpta condonatio.

*calumniam*
- quae
  - definitur: *falsa attributio alicuius criminis alicui facta.*
  - est detractione gravior.
- fieri debet retractando dicta etiam cum iuramento et iactura propriae famae nisi adsit gravis et legitima causa excusans.

*contumeliam*
- quae
  - definitur: *dehonoratio personae praesentis,*
  - est peccatum ex genere suo mortale.
  - fit
    - ore et cachinnis, rugato nasu etc.
    - omittendo superioribus debitam reverentiam.
- fit veniam petendo et se retractando si fuerit publica.

*derisionem*, fit eodem modo quo fit restitutio ob damnum illatum per contumeliam.

# TAB. CLXVI.

## Seq. De Restitutione.

**RESTITUTIO OB DAMNA IN BONA**

- *animi* — sive
  - *naturalia* ut { intellectus, et voluntas.
  - *supernaturalia* ut { virtus, et sanctitas.

  fieri potest et debet { auferendo in posterum causam damni, effectus removendo jam productos, compensando damna temporalia si quae inde directe secuta sunt.

- *corporis ob*
  - *homicidium* (et idem dicendum de vulneratione)
    - *voluntarium* tantum facienda est; non quando fit { ex casu fortuito, accidentaliter ex levi vulnere, ad propriam defensionem.
    - facienda est
      - sive agatur { de damnis energentibus, de lucris cessantibus. } iuxta valorem spei sive { ipsi interfecto, eius { familiae, et forsan quibus directe nocere intendit.
      - ab occisore vel vulneratore, et ipso deficiente a suis haeredibus.

      fieri debet compensando { damna, et iniuriam.
  - *stuprum* puellae vel viduae bonae famae; sed
    - *consentientis*, absque ulla promissione matrimonii ad nihil tenetur (stricte loquendo) nisi ad prolis educationem ubi nascatur, et compensationem damnorum provenientium ex infamatione, si stuprator delictum manifestavit.
    - *invitae*
      - si crimen est *manifestum* { est facienda de omnibus damnis { sive { *honoris*, veniam petendo etc. *fortunae*. etsi fortuito res manifesta evaserit.
      - si crimen est occultum ad nihil tenetur si puella aeque nubat.
    - *cum promissione matrimonii* fit puellam accipiendo in uxorem
      - sive promissio fuerit { vera, ficta.
      - sed cessat
        - oblig. matrimonii si
          - puella juri suo cedat.
          - obstent { lex, scandalum, vel dedecus familiae.
          - timeantur maiora mala,
          - adsit imp. dirimens de quo non soleat dispensatio dari
          - obstent { magna incommoda, vel graves expensae.
          - jam fuerit deflorata.

        et

        - ebiam reparandi damna si
          - stuprator promissis stare paratus sit et puella sine justa causa recuset.
          - foemina facile deceptionem cognoscere potuerit.
          - foemina stupratorem deceperit fingendo se virginem.
          - ideo infametur quia ipsa delictum manifasteverit.
          - promissio matrimonii non fuerit causa impellens ad delictum.
  - *adulterium* fit hoc modo:
    - si uterque sit adulter et in crimen libere consentit, uterque tenetur in solidum ad rep. damna.
    - si unus adulter vi, metu, aut fraude consensum alterius extorsit ipse solus tenetur ad totum damnum reparandum.
    - si proles fuerit incerta ratione
      - *existentiae* ad nihil tenetur adulter.
      - *paternitatis*
        - quia dubitat adulter an sit sua vel mariti ad nihil tenetur adulter.
        - quia adsunt duo adulteri, probabilius, neuter ad restitutionem tenetur, ni ex consilio delictum patraverint, tunc tenentur pro rata, et altero deficiente ad totum.

*famae* (V. Tab. ant.).

---

Finis Tractatus XIX.

# TRACTATUS XX.

# DE CONTRACTIBUS

# TAB. CLXVII.

## De Contractibus.

**CONTRACTUS**

definitur: *duorum vel plurium in idem placitum consensus, animo obligationis contrahendae.*

dividitur in:
- *expressum* seu *formalem* et *tacitum* seu *virtualem.*
- *nominatum* si habet nomen proprium in jure et *innominatum.*
- *unilateralem* et *bilateralem* et hic in { commutatorium. et aleatorium.
- *gratuitum* et *onerosum.*
- *principalem* et *accessorium.*
- *solemnem* et *simplicem.*
- *nudum* et *vestitum.*
- *realem* et *consensualem.*
- *absolutum* et *conditionatum.*

*conditiones*

*materia apta* idest { possibilis, honesta, pretio aestimabilis, in commercio posita, propria contrahentis determinata, et contrahentibus utilis.

*persona capax* (V. Tab. seq.).

*consensus* qui sit:
- *internus* seu verus nam verba sola per se non transferunt dominium, oreque { per se ex usu, ex natura sua, ex lege. (pro lege civili sufficit fictus nisi adsint probationes contrariae)
- *mutuus* nempe ab { uno manifestato { altero acceptato { in idem placitum.
- *externe manifestatus* { quocunque modo (ex iure naturali), iuxta praescriptiones legis,
- *plenus* (in gratuitis),
- *actualis* vel saltem *virtualis.*

cuius *vitia* sunt:
- *error*, qui si *substantialis* quod accidit quando { res est inhabilis ad finem contractus, deficit omne rationale motivum contrahendi, respicit integrum actum, versatur circa obiectum aut materiam contractus, vel qualitatem quae redundet in substantiam, irritat contractum ipso jure naturae,
- *accidentalis* reddit rescindibilem contractum { *gratuitum*, si eius causa fuerit, *onerosum*, si eius causa fuit, et compars laesioni locum dedit.
- *vis* quae si { *absoluta*, omnem irritat contractum, *non absoluta*, non distinguitur a *metu.*
- *metus*, qui si { *levis sit* non irritat contractum nec rescindit (probabilius) contractum onerosum exceptis sponsalibus, *gravis sit* iniuste a comparte incussus reddit contractum rescindibilem ad nutum compartis innocentis, non tamen irritat.
- *dolus* qui si fuerit { *negative* causa contractus, contractum non irritat, *positive* dans causam contractui irritat contractum.

*forma conveniens* (V. Tab. seq.).

# TAB. CLXVIII.

## Seq. De Contractibus.

**CONDITIONES CONTRACTUUM**

- *persona capax* idest quae :
  - habeat usum rationis.
  - et
    - a nulla legis dispositione prohibeatur quae prohibitio adest pro (V. Codex Civ).
      - *minoribus* in tutela qui tamen contrahere possunt et quidem firmiter, si . . . . . :
        - agitur de acceptando commodo quod ipsis tribuitur ex pura liberalitate,
        - disponant de bonis quorum habent liberam administrationem,
        - agatur de spectantibus ad artem quae exerceant cum consensu patris.
      - *uxoribus*, quae contrahere nequeunt absque consensu mariti, nisi . . . :
        - maritus sit : absens, minor, interdictus, damnatus ad annum, hoc durante.
        - *quoad* :
          - testamentum,
          - mercaturam, quam, de consensu mariti exercent,
          - emptionem eorum quae sunt necessaria ad familiae sustentationem,
          - bona sua propria sive paraphernalia, sive particularia.
      - *interdictis* :
        - sive : per iudicis sententiam, per legis dispositionem.
        - qui : aequiparantur minoribus sub tutela.
      - si contractus ineant, hi sunt nulli nullitate relativa.
      - *habilibus*, qui sunt sub *cura* quae . . . . :
        - importat adsistentiam in casibus excedentibus simplicem administrationem . . . . . : minori habili declarato, et maiori inhabilitato.
        - demandatur : patri, vel matri, vel marito.
      - *prodigis*, iuridice denuntiatis, qui inhabiles sunt ad certos contractus a lege determinatos absque adsistentia consiliarii a iudice designati.
      - *civiliter mortuis*, qui nequeunt de suis bonis disponere, sed post habito quocunque testamento, aperitur successio legali.
      - *alienigenis*, qui reguntur partim legibus : patriis, regionis ubi degunt.
      - *tutoribus*, *protutoribus*, qui nequeunt bona minoris emere, neque bona conducere absque consilii familiae auctoritate.
      - *sponsis*, societatem bonorum omnium inire.
      - *genitoribus*, *tutoribus*, *curatoribus*, *advocatis*, *notariis*, etc. neque per interpositas personas, bona acquirere (ne sub hasta publica) personarum ab ipsis dependentium.
- *forma conveniens*
  - ex lege naturali nulla praescribitur.
  - ex lege civili, varia est pro varietate gentium et multas habet conditiones quarum aliae : essentiales, accidentales.
  - dubium est utrum, quando desit forma essentialis pro foro externo, validus habendus sit contractus (in praxi melior est conditio possidentis).

# TAB. CLXIX.

## Seq. De Contractibus.

**CONTRACTUUM OBLIGATIO** (1)

adest sive in utroque sive in alterutro contrahentium

definitur: *vinculum quo quis vi contractus astringitur ad aliquid dandum, faciendum vel omittendum.*

dividitur in { *mere* et *mixtam* }:
- *naturalem*, quae ligat in conscientia sed nullam dat actionem in foro externo.
- *civilem*, quae obligat in foro externo, non in foro interno nisi per accidens.
- *mixtam* quae obligat in utroque foro.

in contractu absoluto pro natura conventionis.

in contractu qualificato determinanda est ex natura clausulae adiectae quarum praecipuae solitae sunt sequentes:

- *ad diem*, { cuius executio certo diei vel termino affigitur, et tunc debitor solvere potest ante tempus si terminus sit in sui favorem; *incertum*, sequitur leges contractus ad conditiones.
- *ad demonstrationem*, { si quantitas designata fuerit *demonstrative*, debetur tota; si quantitas designata fuerit *taxative*, non debetur excessus nisi aliter constet ex adiunctis.
- *ad causum*, { si causa est *finalis* ipsa deficiente contractus irritatur; si causa est impulsiva ipsa deficiente contractus non irritatur.
- *ad modum*, { qua uni parti imponitur onus in substantia contractus non inclusum; contractus irritus sub hac clausula statim obligat.
- *ad alternationem* est illa quae in contractu aliquid indeterminate designatur.
- *in solidum*, vel ex parte creditorum vel ex parte debitorum.
- *divisibilis*, quae divisio in contractu fieri potest vel ex { natura rei, fictione intellectus, intentione contrahentium.
- *sub clausula poenali*, quod duo importat { principale: *traditio rei*, secundarium: *solutio poenae.*
- *sub conditione* quae multipliciter distinguitur: est: *circumstantia contractui adiecta a cuius existentia dependere volumus valorem illius.*
  - *suspensiva* { quae suspendit contractum usque ad eventum conditionis.
  - qua *pendente* { res fructificat et perit debitori, nisi fiat culpa creditoris; si res hypothecae subiicitur adveniente conditione haec resolvitur.
  - et *deficiente*, contractus irritus est.
  - et *resoluta*, res fructificat et perit creditori.
  - *resolutiva*, qua adveniente solvitur contractus,
  - et si sit { de *praesenti*, vel *praeterito*, vel *futuro necessario*, statim oritur obligatio; de *futuro contingenti*, obligatio suspenditur ut supra; de *impossibili*, vel *futuro turpi*, contractus irritatur.
- *sub iuramento* { valida vel invalida est clausula prout contractus.
  - servari debet { ex virtute { religionis et iustitiae.
  - quoties fieri potest: { absque peccato, et praeiudicio tertiae personae.
  - et quando contractus sit rescindibilis { ob bonum commune, non firmatur contractus per iuramentum; ob bonum privatum, firmatur contractus pro foro interno.

et *natura* et *quantitas* eiusdem desumenda est { ex verbis vel scriptis quibus initus fuit contractus; si nimis obscure expressa fuit ex { aequo et bono.

# TAB. CLXX.

## Seq. De Contractibus.

**CONTRACTUM OBLIGATIO** (II) esse potest

*directa*: quae astringit ad faciendum vel omittendum id de quo convenitur.

duplex subdistinguitur idest:

- *dandi* et haec importat ut
  - debitor rem servet ut bonus pater familias,
  - reddat tempore / et / loco praefixo.
  - creditor rei periculum in se suscipiat nisi debitor sit in mora.
  - agatur de immobilibus obligationibus alternativis vel indeterminatis.
- *faciendi* aut *non faciendi* et tunc si aliquid fiat dum fieri nequit, destruatur.

et

*indirecta* quae consistit in *compensatione damnorum provenientium ex inexecutione contractus.*

oritur quando adest *culpa*:
- *theologica*, qua existente omnia damna compensari debent,
- vel
- *iuridica* quia ius civile obligat in conscientia.
- justa plures haec sufficit.

oritur quando adest *mora*:
- theologice culpabilis pro foro interno.
- quae si agatur de
  - *non faciendo* statim adesse censetur (seclusis. . . . casu fortuito et vi maiori).
  - *faciendo* adesse censetur quando pactum fuit tempus, quo elapso, in mora haberetur debitor. / intervenit interpellatio judicis vel actus aequivalens. / id lex declarat.

si agatur de *casu fortuito* compensatio fit a debitore quando
- in se susceperit tales casus,
- culpa sua id evenerit,
- fuerit in mora.

cessat
- *solutione*, vel traditione rei debitae.
- *novatione*, seu substitutione novi debiti.
- *condonatione*, seu remissione debiti.
- *compensatione*.
- *destructione* vel *perditione* rei debitae.
- *rescissione* facta de mutuo consensu, vel saltem de consensu partis cui haec facultas data fuit.
- *praescriptione*.

# TAB. CLXXI.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUUM (1) EMPTIO — VENDITIO**

definiuntur: { *emptio*: pactio pretii determinati dandi pro merce,
*venditio*: pactio mercis determinatae dandae pro pretio.

conditione ex parte:

*mercis.* haec esse debet { *possibilis* sive { phisice, moraliter.
*existens*,
*determinata in specie* vel in { pondere, numero, vel mensura } pro qualitate mercis.
*in humano commercio posita*,
*propria venditoris*, et
*aliunde indebita*.

*venditoris.* hic tenetur:
- *evitare* omnem fraudem et errorem quo emptor iniuste decipiatur, et hoc ex iustitia.
- *rem tradere* emptori { *loco et modo* de quibus conventum est.
*tempore praefixo*.
*in statu* in quo erat tempore venditionis.
iuxta *mensuram* in contractu expressam.
- *assecurare* emptorem contra
  - *evictionem* { nisi convenerint de contrario.
quae si sit { *integra* debet venditor { restituere *pretium*, et *impensas* contractus.
compensare *damna* omnia si fuerit in mala fide.
*partialis*, emptor ius habet ad { rescissionem vel compensationem:
  - *vitia* rei venditae sive circa { *qualitatem* et si adsint { emptor potest petere restitutionem in totum vel in partem, si cognitis vitiis, rem non emisset, vel minoris pretii,
si res perit, venditori perit,
actio datur in iudicio iuxta legem vel consuetudines,
mani-festari { debent { si venditor sit interrogatus,
si talia sint ut res inutilis evadat vel noxia.
non oportet si { sint manifesta,
nulla fiat interrogatio,
pretium minuatur.
*quantitatem* et substantiam.

*emptoris.* hic obligatur ad
- solutionem *pretii*
  - *in pecunia* (saltem in maxima parte),
  - *determinati* vel a { lege (legalis),
communi hominum aestimatione (vulgaris),
  - et *iusti*, id est infra { *supremum* supra quem vendere non licet ni adsint justae causae; { affectus rationabilis venditoris erga mercem,
ut . . . . . { multitudo emptorum,
modus vendendi v. g. sub hasta,
et { lucrum cessans vel damnum emergens.
*infimum* citra quem licet emere quando agitur de { rebus { inutilibus,
ultroneis,
quae sint in numero extraordinario.
damno emergenti vel lucro cessante,
creditis litigiosis,
venditione sub hasta.
  - pretii factam { tempore, loco et modo } de quibus conventum fuit.
- *solvendus* { omnes venditionis et esportationis *impensas* excepto caso pacti contrarii.
*usuras* quando . . { ex pacto solvendae sint, vel
res vendita et iam tradita sit fructifera.

# TAB. CLXXII.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUM (II) VENDITIO**

*sub hasta*

definitur: *venditio per praeconem facta in qua ultimo majus pretium offerenti res adiudicatur.*

*duplex* est, nempe { voluntaria et judiciaria } ambae licitae si adsint debitae conditiones.

*licet* quando absit *fraus* sive ex parte

- *venditoris*, qui nequit { vitia rei celare vel rem sibi retrahere, nec fictos licitatores immittere (sine justa causa).
- *emptoris*, qui nequit { dolo vel minis alios impedire ne licitent, vel plus offerant, (per se) *pactum inire* cum aliis ne licitent vel plus offerant (sed potest eos *rogare*).

dicta *monopolium*

definitur: *potestas exclusiva vendendi, penes unum vel paucos tantum*

duplex est, nempe:

- *legale* quod licitum est.
- *privatum*, quod
  - *fit* cum { quis impedit importationem aliorum mercium ut suas vendat, tempore opportuno quasi omnes merces emuntur. venditores conspirant inter se de pretio ut non minoris vendant. } et
  - est { *iniustum*, quando fit ut supra et agitur de rebus necessariis, et id evenit per fraudem et mendacium, vel supra iustum pretium merces venduntur, *illicitum*, quando fit ut supra sed absque vi et mendacio et infra pretium supremum

nec { *iniustum* *illicitum* } si res emantur ut postea vendantur cum lucro moderato.

*per proxenetas*

definitur: *venditio quae non fit immediate ab eo cui res vendenda pertinet, sed ex eius mandato aut commissione ab aliis qui proxenetae dicuntur.*

qui

- per se loquendo { habent jus ad pretium laboris et industriae,
- non habent ius ad partem beneficii nisi quando { sua industria vel labore res melior evaserit, de hoc convenerint (saltem tacite) cum domino rei, in mere sui gratiam emptor plus dederit.
- possunt sibi emere et postea vendere maiori pretio quando { non invenerint qui plus offerrent, rem sibi non ficte sed vere emant, pretium fuit a domino determinatum.

# TAB. CLXXIII.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUUM** (III)

### *mandatum*

definitur : *contractus quo quis gratuito vel pacta mercede ad negotium ab altero commissum gerendum se obligat.*

*distinguitur* in
- *expressum* vel *tacitum.*
- *generale* vel *speciale.*

importat :
- ex parte *mandantis* :
  - obligationes a mandatario susceptas implere,
  - necessaria mandatario praebere,
  - de damnis mandatarium indemnem reddere.
- ex parte *mandatarii* :
  - mandatum implere,
  - diligenter se gerere,
  - rationem reddere.

*dissolvitur*
- *renuntiatione* mandanti notificata.
- revocatione sive { expressa, tacita. }
- *morte* sive { naturali / civili } tum { mandantis, mandatarii. }

### *sequestrum*

definitur : *contractus quo res de quo controvertitur alteri traditur custodienda cum onere restituendi ei cui adiudicata fuerit.*

*duplex* est { *conventionale* et *judiciale.* }

iisdem regitur principiis quibus regitur *depositum.*

*dissolvitur* per { sententiam iudicis si *judiciale.* / mutuum consensum si *conventionale.* }

### *mutuum*

definitur : *contractus quo quis dat alteri rem suam usu consumptibilem in plenum dominium cum onore postea restituendi similem in specie, qualitate et quantitate.*

est contractus
- *realis*, non solemnis qui rei traditione perficitur.
- *unilateralis*; nulla enim oritur ex eo obligatio ex parte mutuantis.
- ordinarie non de praecepto, nisi agatur de pauperibus in necessitate constituti qui habituri sint unde restituant.
- qui non exigit ut res reddatur in eadem specie phisica nisi { mutuanti intersit, / dubium saltem adsit de augmento valoris rei. }

*importat*
- quoad *mutuantem* : { indemnem servare mutuatarium de damnis, / mutuum non repetere ante tempus. }
- quoad mutuatarium
  - rem restituere, praefixo { loco / et / tempore, } vel
  - valorem eiusdem (rei mutuatae) juxta pacta inita.

ad quem contractum se refert *usura* (V. Tab. seq.).

# TAB. CLXXIV.

## Seq. De Contractibus.

**USURA**

definitur: *lucrum proveniens ex mutuo praecise vi mutui.*

*triplex* est tempe:
- *realis*, quae pacto expresso vel tacito innititur,
- *mentalis*, quae animo tantum intenditur,
- *palliata*, quae latet sub alio contractu.

*illicita* est ut patet:
- ex multis Sacrae Scripturae testibus.
- ex iure naturali nam usura idem est ac:
  - fructus ex re aliena percipere,
  - ditescere ex aliena industria vel labore,
  - vendere id quod non existit,
  - aequalitatem non servare inter dandum et acceptandum,
  - aliquid accipere sine aliquo titulo.

et *restitutionem* importat.

has habet *causas excusantes*:

*damnum emergens*:
- et *maxime* quia:
  - justum est quod qui damnum patitur indemnis servetur,
  - damnum est aliquid mutuo extrinsecum et pretio aestimabile,
  - id ab omnibus admittitur.
- sed quando adsint haec *conditiones*:
  - damnum sit certum vel saltem probabile,
  - mutuum sit vera et efficax causa damni,
  - mutuatarius moneatur et consentiat,
  - aequalitas servetur,
  - compensatio non exigatur statim ac conceditur mutuum.

*lucrum cessans*:
- quod est vere pretio aestimabile,
- quando adsint haec *conditiones*:
  - lucrum sit justum et mutuo extrinsecum,
  - mutuum sit vera causa damni,
  - mutuatarius moneatur,
  - aequalitas servetur,
  - mutuum non sit ex caritate debitum.

*destinatio lucrativa*,

*periculum sortis*:
- sive iuris, sive facti.
- quando adsint haec *conditiones*:
  - periculum vere adsit,
  - mutuatarius non cogatur ad pactum,
  - pretium sit justum,
  - mutuans non intendat nisi se indemnem servare,
  - mutuatarius non obtulerit alium securationis modum.

*donatio gratuita* quae sit:
- libera,
- sincera,
- ut talis acceptata.

*obligatio non repetendi ante certum tempus*,
*dilatio* vel *anticipatio* solutionis,
*lex civilis* (justa plures),
*conventio justa* inter mutuantem et mutuatarium.

circa quas disputant doctores.

# TAB. CLXXV.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUM** (IV)

*promissio* est: *contractus quo quis libere fidem suam alteri obligat de prestanda re licita ac possibili.*

- duplex est
  - *onerosa* qua onus sibi invicem contrahentes imponunt.
  - et *gratuita*
    - cuius conditiones:
      - *plena cognitio* et *perfectus consensus*,
      - ut quis alicui fidem obliget transferendi alteri jus strictum ad rem,
      - *obiectum* sit res licita et possibilis.
    - quae obligandi
      - vim habet sub iustitia si
        - promittens id declarat in se suscipere,
        - det chirographum promissario,
        - promissio fit coram notario et testibus,
        - confirmet iuramento.
      - *cessat*
        - cum promissarius obligationem remittit,
        - cessante causa finali,
        - quum res promissa fit illicita, impossibilis, promissario noxia vel inutilis,
        - quum unus, in mutua promissione, promissioni deest.
        - notabili mutatione interveniente.

- *commodatum*
  - definitur: *contractus quo res primo usu non consumptibilis alteri gratis conceditur ad certum usum et tempus, cum onere eandem rem restituendi.*
  - est contractus
    - essentialiter *gratuitus*,
    - in quo non transfertur rei dominium,
    - cuius *obiectum* sunt res primo usu non consumptibiles.
  - *importat*
    - quoad commodantem:
      - rem non repetere ante tempus praefixum et rei periculum solvere,
      - restitutionem impensarum quae sint extraordinariae et necessariae,
      - damna compensare quae originem duxerunt ex re vitiosa,
      - rei usum permittere.
    - quoad commodatarium:
      - rem custodire ut bonus pater familias,
      - rem restituere tempore praefixo,
      - tenetur de casu fortuito, si sit in mora, ni res aeque peritura esset apud dominum,
      - tenetur de impensis ordinariis.
      - si res fortuito perierit tenetur damna compensare si:
        - res ad alium usum convertit vel est in mora,
        - non servaverit in communi clade,
        - fuerit aestimata antequam traderetur,
        - casus fortuitos in se susceperit.

*praecarium* est: *contractus quo res primo usu non consumptibilis ad solum usum datur gratis donec a concedente repetatur.*

- *depositum*
  - est: *contractus quo res aliena suscipitur cum obligatione illam custodiendi ut eadem in natura restituatur.*
  - duplex est
    - *voluntarium*, quod fit propria voluntate,
    - et
    - *necessarium* (in iure antiquo miserabile).
  - importat
    - ex parte depositarii:
      - rem depositam custodire ut bonus pater familias,
      - non uti re deposita,
      - rem reddere ad nutum deponentis,
      - fructus perceptos reddere nisi agatur de pecunia,
      - rem reddere domino, haeredi, vel cui de iure.
    - ex parte deponentis:
      - impensas compensare,
      - et
      - damna reparare.

# TAB. CLXXVI.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUUM** (V)

**locatio-conductio**

definitur: { *locatio*: *contractus quo quis operam vel rem suam alteri dat ad usum pro determinata mercede.* / *conductio* est idem contractus ex parte accipientis, i. c. locatarii.

**duplex** est nempe

***rerum*** quae — iterum triplex subd. i. e. { *agrorum*, / *aedificiorum* et / *animalium*.

haec *importat* ex parte

- ***locatarii***: { re uti ut bonus pater familias, / mercedem solvere tempore statuto.
- ***locatoris***: { pretium iustum servare, / tempore statuto rem tradere ut conductor ea uti possit, / conductorem securum reddere tum a { vitiis rei, / perturbatione juridica.

et

***operae*** quae importat ex parte

- ***locatarii***: { mercedem solvere et quidem justam, et a contractu non recedere absque justa causa.
- ***locatoris***: { operam exhibere juxta conventionem, et a servitio non discedere absque justa causa.

***cessat*** { mutuo consensu (salvo jure tertii), / interitu rei locatae, / inexecutione conventionum, / completo conductionis tempore, determinato sive { a lege, / ab usu, / a conventione.

**societas**

definitur: *contractus quo duo vel plures aliquid contribuunt ad commune lucrum vel damnum.*

multiplex est, nempe: { *particularis* vel *generalis*, / *civilis* vel *commercialis*.

licet quando adsunt haec *conditiones*: { materia sit honesta, / res collata maneat in proprietate illius qui eam contulit, / lucrum dividatur pro rata sortis vel operae, / damna dividantur ut lucra.

***cessat*** { elapso tempore statuto, / mutuo consensu, / peracto negotio (si particularis), / morte alicuius socii sive { naturali, / civili.

***contractus trinus*** { definitur: contractus in quo habetur simul contractus { societatis, et assecurationis sive { sortis, / lucri. / si fiat cum { diversis personis licet, / eadem persona, utrum liceat an non quaestio est.

***transactio*** — definitur: *conventio onerosa quo res litigiosa et incerta inter partes componitur.*

**hypotheca**

definitur: *conventio qua debitor rem immobilem creditori obligat ad securitatem crediti.*

***triplex*** est nempe: { *conventionalis*. / *legalis* et / *judicialis*.

***effectum suum*** sortitur quando { constituatur super re immobili determinata, / inscribatur ab ufficiali publico in libro ad hoc destinato.

# TAB. CLXXVII.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUUM** (VI)

*permutatio* { definitur : *contractus quo duo vel plures se invicem obligant ad dandam rem unam pro alia.*
differt a *venditione* quia pretium consistit in re.

*cambium* { definitur: permutatio pecuniae pro alia pecunia.
duplex est: { *siccum* quod est mutuum palliatum, et est illicitum,
et
*reale* quod iterum duplex: { *manuale*, quod definivimus
et
*locale*, et est permutatio pecuniae unius loci cum pecunia alterius loci et fit per litteras (cambiali).
hos *titulos* habet percipiendi lucrum : si agatur de . . . . . { *manuali* { conductio officinae.
officium cambiandi,
lucrum cessans,
labor in conquirenda et custodienda pecunia.
*locali* { translatio et assecuratio pecuniae,
multa pericula quibus haec operationes subiacent.

*assecuratio* — definitur : *contractus quo quis suscipit in se periculum rei alienae se obligando ad illius compensationem si res perierit vel deterior evaserit.*

*fideiussio* — definitur : *contractus quo quis suscipit in se alienam obligationem si debitor principalis non solvit.*

*census* { definitur : *contractus quo constituitur jus percipiendi annuam pensionem ex re vel persona alterius frugifera.*
multiplex est nempe : { *reservativus*, si constituitur ex cessione alicuius fundi,
*resignativus*, si constituitur ex cessione summae pecuniariae.
ratione { temporis { *perpetuus*,
*temporalis* et
*vitalitius*.
modi adiuncti { redimibilis,
vel
irredimibilis.
rei { *realis*,
vel
personalis.
licitus est si adsint debitae *conditionis* requisitae sive a iure { naturali,
positivo.

*emphyteusis* — definitur : *contractus quo quis dat alteri dominium utile alicuius fundi ad meliorandum, retinendo sibi dominium directum et cum onere solvendi sibi annuam pensionem.*

# TAB. CLXXVIII.

## Seq. De Contractibus.

**SPECIES CONTRACTUUM** (VII)

- *pignus*
  - definitur: *contractus quo debitor creditori rem mobilem in securitatem crediti tradit cum obligatione rem eandem, integro soluto debito, restituendi.*
  - *haec importat*, ut
    - *debitor*
      - rem idoneam creditori tradat.
      - refundat creditori impensas necessarias et utiles.
      - non repetat pignus antequam integrum debitum solverit.
    - creditor
      - re sibi credita non utatur nisi de consensu debitoris.
      - pignus custodiat ut bonus pater familias.
      - fructus computet.
      - pignus non alienet absque licentia debitoris vel sententia judicis.
- *ludus*
  - definitur: *contractus quo ludentes inter se paciscuntur ut victori cedat quod uterque deposuit.*
  - *triplex* est, nempe
    - *industrialis,*
    - *aleatorius* et
    - *mixtus.*
  - licitus per se
    - quando
      - quae exponuntur sint propria ludentium.
      - ludentes libere in ludum consentiunt.
      - fraus et dolus absunt.
      - adest inter ludentes moralis aequalitas.
    - fieri potest illicitus ratione
      - nimii affectus.
      - periculi peccandi.
      - summae pecuniae expositae.
      - circumstantiarum.
      - prohibitionis positivae.

---

Finis Tractatus XX.

# TRACTATUS XXI.

# DE CENSURIS

# TAB. CLXXIX.

## De Censuris.

**CENSURA**

definitur: *poena spiritualis et medicinalis ab ecclesiastica potestate inflicta, per quam homini baptizato delinquenti et contumaci tollitur usus quorundam spiritualium honorum.*

*differt* a { depositione, degradatione, privatione beneficii, cessatione a divinis, irregularitate } quae sunt poenae vindicativae non medicinales.

*multiplex subdistinguitur*, nempe ratione:

- *speciei* est triplex { *excommunicatio*, *suspensio*, et *interdictum*. } (V. Tab seq.).
- *modi quo*:
  - infligitur est duplex { *a iure*, et *ab homine*. }
  - incurritur est duplex { *latae sententiae*, et *ferendae sententiae*. }
- *potestatis* absolvendi est duplex { *reservata* { Romano Pontifici, Episcopo, vel Praelato. } et *non reservata*. }

cuius

*auctor* esse debet { vir, baptizatus, prima saltem tonsura insignitus, compos rationis, libere agens, praeditus jurisdictione in foro externo et contentioso sive { modo ordinario (ex iure canonico). vi delegationis. }

*subiectum*:

- est { homo, baptizatus, viator, rationis compos, non exemptus (intra limites exemptionis), subditus illius qui censuram infligit. }
- non sunt (ex praxi ecclesiae) { impuberes, et personae indeterminatae. }
- *capax* plures censuras incurrere potest ut accidit si { uno actu phisico plura committuntur delicta censuris subiecta, idem actus a pluribus legislatoribus censura mulctatur, variis censuris eadem actio subiicitur. }

*materia* seu *causa* est peccatum { grave, vel externum, { ex se, ratione materiae. ratione circumstantiarum. } in genere suo perfectum et coniunctum cum contumacia. }

*forma* respicit:

- *monitionem* rei, quae et { requiritur ad *validitatem* (in communiori sententia), requiritur *ad liceitatem*, ex jure canonico esse debet *triplex* vel saltem una peremptoria. }
- *sententiam* quae fieri debet { scripto, cum adnotatione { personae, censurae, causae censurae. } }

*causae excusantes* sunt:

- *ignorantia* { sive { iuris, facti. } invincibilis, quae non sit { affectata. crassa vel supina (nisi agatur de censura *in praesumentes*). } }
- *timor* gravis.
- *impotentia* sive { *phisica*, *moralis*. }

*absolutio* (V. Tab. seq.) { *nullitas censurae*. }

# TAB. CLXXX.

## Seq. De Censuris.

**ABSOLUTIO A CENSURIS**

definitur: *ipsius poenae relaxatio clavium potestate facta per idoneum superiorem.*

*fit*
- tum in *foro* { *interno*, simul cum peccatis sed prius a censuris. / *externo*, et tum valet etiam pro foro interno.
- quoad *effectus* { ordinarie ad omnes tollendos effectus, / sed / quandoque ad aliquem peculiarem effectum tantum.
- sive { *absolute*, / *sub conditione* tum de { praeterito, / praesenti, / futuro, quae sine iusta causa illicita est.
- ad *reincidentiam* quae est quasi conditio et imponi potest sive { ab homine, / a jure. / ad *cautelam*, ad tollendam censuram forte ignoratam.

*non fit* neque per
- *emendationem rei*,
- *mortem censurati*, etsi contritus decesserit.
- *ferentis* { *mortem*, / vel / *amotionem*.

*datur*
- si censura sit inflicta et reservata
  - *per sententiam particularem* in personam determinatam, *ab eo qui eam inflixit*, vel eius { successore, / superiore, / delegato.
  - per *sententiam generalem* { sive { a iure, / ab homine. / et / non sit reservata, a quolibet confessario { tum { licite, / valide. / pro utroque foro.
  - et a iure reservata, *ab eo cui reservata est* vel eius { successore, / superiore. / delegato. { ad tempus, vel / ad vitam personae, vel / pro certo numero casuum.
  - *speciali modo* R. P. ab eo qui specialem facultatem habet a Sancta Sede quae non datur nisi
  - *simpliciter* R. P., episcopi in sua dioecesi possunt absolvere per se vel per alium ad hoc deputandum quoscumque subditos sed { in casibus occultis tantum, et / in foro conscientiae.
  - *a iure Pontificio episcopis* sive *Ordinariis*, { ab { episcopis et praelatis reg. / abbatibus, / vicariis. . . . { capitularibus, / et / generalibus. / in utroque foro, / a casibus etiam notoriis.
  - *episcopo alicuius dioecesis*, etiam ab aliis episcopis { si agitur de casibus occultis, / ni agatur de censura per sententiam particularem lata.
- si censuratus sit in periculo vel articulo mortis a quolibet Sacerdote etiam non adprobato ad confessionem circa quamcumque censuram quomodocumque latam vel reservatam, iniunctis de iure iniungendis idest: si agatur de *speciali modo* reservatis { obligatione standi mandatis ecclesiae, si convaluerint, / sub poena reincidentiae.
- sub his *conditionibus* nempe ex parte
  - *absolventis* { potestas, et / libera voluntas.
  - *absolvendi*: { damna illata parti lesae reparentur, / scandala et peccati occasiones removeantur, / promissio vel juramentum (in foro externo) standi mandatis Ecclesiae, / juramentum praestetur de crimine haud amplius perpetrando (si sit enorme), / salutaris poenitentia accipiatur.
  - *formae*, adhibeatur (ad liceitatem) quae in Rituali Romano adest.

# TAB. CLXXXI.

## Seq. De Censuris.

**SUSPENSIO**

definitur: *censura qua clericus functiones aliquas ecclesiasticas, exercere prohibetur.*

*differt* ab
- *excommunicatione*, tum quia
  - fertur in solos clericos,
  - privat solum usu activo quarundam rerum sacrarum.
- *interdicto* quia
  - hoc fertur etiam in laicos.
  - privat
    - receptione aliquorum Sacramentorum,
    - divinis officiis et
    - ecclesiastica sepultura.

dividitur
- ratione *effectus* in
  - *totalem* quae arcet clericum ab omni
    - ecclesiastica functione, et
    - jure ecclesiastico.
  - et
  - *partialem* quae triplex est:
    - *ab ordine*, quae privat exercitio functionum Ordinis.
    - *ab officio* seu a *divinis* quae privat usu
      - Ordinis et jurisdictionis
      - in utroque foro.
    - *a beneficio* quae privat fructibus et administratione beneficii.
- ratione *causae* in
  - *vindicativam*, ut est quae infligitur. . . .
    - *in perpetuum*,
    - *oretenus* ab homine,
    - *sub conditione*,
    - *ad beneplacitum*,
    - *pro delicto jam perpetrato*.
  - *ad cautelam*, et haec non est poena.
  - suspensionem *ex informata conscientia* quae
    - ferri non potest in perpetuum,
    - *cessat* cum jurisdictione episcopi qui eam tulit.

eiusdem
- *effectus*
  - *suspensus ab ordine* privatur
    - *directe* usu et exercitio cuiuscumque ordinis sive . . .
      - *maioris*,
      - *minoris*.
    - et
    - *indirecte* usu iurisdictionis ordines respicientis.
  - *suspensus ab ordine superiore* non suspenditur ab inferiore.
  - *suspensus ab officio*
    - privatur usu ordinis et jurisdictionis,
    - non ideo privatur *beneficio*.
  - *suspensus a beneficio*
    - privatur fructibus et administratione honorum beneficialium,
    - non ideo privatur *officio*, nec beneficii *titulo*.
  - *suspensus a iurisdictione* exercet eam
    - *invalide* si est publice denuntiatus,
    - *illicite* si toleratus, quando non est a fidelibus rogatus vel adsit scandalum.
- *violatio*
  - est peccatum mortale nisi excuset
    - ignorantia,
    - materiae levitas,
    - metus gravis,
    - privatum (i. e. non solemne) exercitium ordinis.
  - importat *irregularitatem* nisi agatur de violatione suspensionis a
    - iurisdictione
    - vel
    - beneficio.
- *cessatio*
  - si habeat rationem censurae fit per absolutionem et quidem superioris si sit reservata.
  - si habeat rationem poenea perpetuae fit per dispensationem superioris vel eius delegati.
  - si habet rationem sive
    - poenea prohibitionis
      - ad tempus, fit transacto tempore,
      - vel
      - conditionate, fit adimpleta conditione.

# TAB. CLXXXII.

## Seq. De Censuris

**EXCOMMUNICATIO**

definitur : *censura per quam quis privatur communione ecclesiae.*

quoad fideles efficiunt ut excommunicati sint vel { *tolerati*, vel *non tolerati* seu *vitandi* (1).

cuius effectus

respectu excommunicati

*remoti* sunt: { *irregularitas*, quam incurrit excomm. si actum Ordinis Sacri scienter et solemniter exercet. *suspicio haeresis*, quam incurrit qui per annum persistit contumaciter in excomm.

*proximi* sunt : *privatio*

*sacramentorum* sive { *passiva*, i. e. licite non recipit nisi excusetur ab { ignorantia, vel necessitate. et *activa*, { si *toleratus* licite non confert nisi { sit rogatus a fidelibus, vel excusetur a { necessitate, vel metu gravi. si *vitandus* invalide confert extra . . . . . { casum erroris communis, vel articulum mortis.

*divinorum officiorum*, i. e. nequit interesse { *sacro*, et si *vitandus* ab ecclesia debet expelli. nec *publicae processioni.*

*suffragiorum ecclesiae*, sed { tantum si agatur de sufragiis quae fiunt nomine Ecclesiae et publice. probabiliter id restringitur ad *vitandos.*

*iurisdictionis ecclesiasticae*, quam exercere nequit { licite si sit *toleratus* nisi { rogatus, vel necessitate adactus. nec licite nec valide si *vitandus.*

*juris ad beneficia ecclesiastica et rescripta.*

*communicationis forensis*, et si sit { *vitandus*, nequit esse { judex, actor, testis, advocatus, etc. *toleratus*, repelli potest ab adversario vel judice. curator, tutor, etc.

*communicationis civilis*, si agatur de vitandis.

*sepulturae ecclesiasticae.*

respectu fidelium

*toleratos* vitare si possunt.

*vitandos* vitare obligatio, in actibus qui eis per censuram vel sententiam prohibentur . { et sunt: (2) { oscula pacis, colloquia, munera et communicatio in divinis sive { publica, privata. honoris significatio. societas negotii, habitationis etc. convictus et convivia per modum societatis.

a qua excusant (3) { utilitas sive corporis sive animae. lex matrimonialis. subiectio et reverentia. ignorantia etiam crassa sive { iuris, facti. necessitas gravis.

---

(1) *Vitandi* sunt qui : { nominatim excommunicati et denuntiati sunt. notorii clericorum percussores.

(2) Hisce versiculis comprehensa : *Os, orare, vale communio, mensa negatur.*

(3) » » » : *Utile, iex, humile, res ignorata, necesse.*

# TAB. CLXXXIII.

## Seq. De Censuris.

**INTERDICTUM**

definitur: *censura, qua usus* { *divinorum officiorum* / *aliquorum Sacramentorum* et / *ecclesiasticae sepulturae* } { *certis personis* vel *in quibusdam locis* } *prohibetur.*

multiplex *est* nempe: { si afficit { locum, *locale* / personam, *personale* / utrumque, *mixtum* } dicitur. / ratione { extensionis { *generale*, vel *particulare* } / effectus { *totale*, vel *partiale* } } vocatur.

eiusdem

*effectus* — *prohibitio* — si est

- *locale generale* afficit omnes etiam episcopum qui illum indixit.
- *personale generale*, non afficit { *episcopum*, *innocentes* statim ac domicilium alio transferunt, *exteros*, *infantes et amentes* qui tamen privantur ecclesiastica sepultura.

*prohibitio*

- *divinorum officiorum*, hisce diebus exceptis { Nativitatis Domini. / Paschatis. / Pentecostes. / Assumptionis B. M. V. / Octava corporis Christi. }
- *administrationis Sacramentorum* exceptis { baptismo / confirmatione / poenitentia } exceptis iis { *qui* causam interdicto dederunt. / *qui* sunt nominatim interdicti. } / Eucharistia (moribundis) / matrimonio / extrema unctione
- *sepulturae ecclesiasticae* ita ut { *laici* etiam infantes sepeliri debent in loco non sacro. / *clerici* sepeliantur sine pompa (sed possunt in loco sacro.

*violatio* pro

- *clericis* et *religiosis* { est grave peccatum { sive interdictum sit { personale, sive locale. } / nisi parvitas materiae excuset. } / et importat { *irregularitatem* si violent censuram exercendo / et actum proprii Ordinis, / *suspensionem* Papae reservatam si recipiant ordinem ab Episcopo { interdicto, et nominatim denuntiato. }
- *laicis* est peccatum { *grave* si violent int. personale. / *leve* (probabilius) si non personaliter interdicti, in loco interdicto divinis officiis assistant.

*ecssatio*, si agatur de interdicto

- locali et generali personali { iure imposito / et / non reservato } fit auctoritate Episcopi vel jurisdictionem habentis.
- generali ab homine lato fit auctoritate eius qui tulit, vel a Papa.
- juris personali particulari, ab eo si non est reservatum, quivis ad probatus absolvere potest.

# TAB. CLXXXIV.

## Seq. De Censuris.

**ALIAE POENAE ECCLESIASTICAE**

**depositio**

definitur : *poena canonica qua clericus privatur usu potestatis ecclesiasticae, titulo ad eam exercendam, et omni jure ad beneficia valide possidenda, et quidem in perpetuum et irremissibiliter.*

*irrogatur* { sive { ab episcopo, / ab eius Vicario ad hoc deputato. } / tantum pro delictis { atrocioribus, / et / in jure expressis. }

non tollit privilegia { canonis, / et / fori. }

**degradatio**

definitur : *privatio solemnis omnium titulorum, beneficiorum, et privilegiorum ecclesiasticorum.*

fieri potest { a solo episcopo, tantum pro gravissimis criminibus ut } { haeresis manifesta, / sodomia frequentata, / falsificatio litterarum Apostolicarum, / gravis calumnia proprio episcopo et similia. }

est poena a qua solus Papa dispensare potest.

qui tamen non dispensat degradatum a { voto castitatis jam emisso, / nec / recitatione horarum canonicarum. }

**infamia**

est : *status laesae dignitatis ob crimine quo quis publice reus habetur.*

duplex est { *facti* quae oritur ex pravis moribus et per emendationem abo-letur, / et / *juris* seu *legalis* quae { auctoritate juris infligitur ob turpe crimen, / tribus modis contrahitur { ipso jure, / sententia judicis, / genere poenae infamantis. } } }

efficit ut infamati sive iuris sive facti habendi sint ut *irregulares.*

*cessatio a divinis* { definitur : prohibitio clericis facta ut abstineant ab { officiis divinis, / et / ecclesiastica sepultura (V. infra). } / duplex est pro ratione originis idest { a jure, / et / ab homine. } }

*privatio ecclesiasticae sepulturae.* { idest : poena qua prohibetur ut quis sepeliatur { in loco sacro, / adhibito ritu catholico. } / quae { est poena gravissima { fori exsterni et publici, / ipso jure inflicta. } / afficit { ab ecclesiae communione *separatos* idest { *non baptizatos*, / *haereticos* formales / *Apostatas*, / *excommunicatos notorios.* } / manifeste *impenitentes*, idest { *suicidas*, ni poenitentiae signa dederint, / *duellantes*, qui perierunt ex vulnere in duello accepto, / *peccatores publicos*, qui sine poenitentia perierunt. } } }

# TAB. CLXXXV.

## Seq. De Censuris.

**CENSURAE**

- *reservatae*
  - *Papae* sunt:
    - *excommunicationes*
      - *Una* specialissimo modo, ex decr. Leonis XIII.
      - XII ex const. Ap. Sedis. } speciali modo.
      - *Una* ex const **Romanus Pontifex.** } speciali modo.
      - *Una* ex decr. S. Poenitentiariae. } speciali modo.
      - XVII ex const. Ap. Sedis. } modo generali.
      - *Una* ex Tridentino } modo generali.
    - *suspensionis*
      - *Una* ex const. **Romanus Pontifex,** speciali modo.
      - VIII ex const. Ap. Sedis. } modo generali.
      - *Una* ex decr. Leonis XIII. } modo generali.
    - *interdicta*
      - *Unum* ex const. Ap. Sedis. } modo speciali.
      - *Unum* ex const. Romanus Pontifex. } modo speciali.
  - *Ordinariis* sunt
    - *excommunicationes*
      - *Trex* ex const. Ap. Sedis.
      - *Una* ex decr. Leonis XIII.
    - suspensiones: *Quinque* ex Tridentino.
    - interdictum: *Unum* ex Tridentino.

    } Ex Cap. *Liceat* possunt episcopi absolvere a censuris Papae reservatis si sint occultae et non sint reservatae speciali modo.
- *non reservatae* sunt:
  - *excommunicationes*
    - V. ex const. Ap. Sedis.
    - IV ex Tridentino.
  - Suspensiones: IV. } ex Tridentino.
  - Interdictum: *Unum.* } ex Tridentino.
- *reservatae* modo relativo
  - Papae vel Ordinario } : interdicta *duo* ex const. Apostolicae Sedis.

---

Finis Tractatus XXI,
ultimus totius operis.

239.02
M.312

2232

MANASSERO, Bart

AUTHOR

Tabulae Synopticae Theologiae

TITLE Moralis - Vol III

| DATE LOANED | BORROWER'S NAME | ROOM NUMBER |
|---|---|---|
| | FR. DONNELLY | |
| | Kristmas | |
| | Herold | |

2232